Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



57

ante faciem omnium populorum.

Beati oculi qui uident quae tu meo uidit. beati qui non uidet & credidet. Illud ipsum inquit qd omnib: post modu gentib: populis & linguis mente ac fide conspiciendum parauisti spe ac dilectione quaerendum praedisti. ipse diu desiderata nunc & carnis & cordis oculis tuum salutare contemplor.

Lumen ad revelationem gentium & gloriam plebis tuae israel.

Lumen quidem utriq: populo salutare dicit. id est xpm ad patre paraclitum. qui tamen gloriam magis israel cui diu praeuisus & ex quo prnuntiatus aduenit; gentium uero dicit esse revelatio quarum mentes oculis profundae iam caecitate demersos. neq: ullas pe aduentus dominici erectos ipse uisitare parit revelare atq: in lucem redigere ausus est. Et bene revelatio gentium israhelis gloriae praefertur. quia cum plenitudo gentium introierit. tunc omnis israel saluus fiet. Quomodo psalmis tacum dicet. Notum fecit dms salutare suum ante conspectum gentium revelauit iustitiam suam. subiunxit atq: ait. memor fuit misericordiae suae iacob & veritatis suae domui israhel.

Erat pater eius & mater mirantes super his quae dicebantur de illo & benedixit illis simeon.

Patrem saluatoris appellat ioseph: non quo uere iuxta humanos pater fuerit eius. sed qd ad famam mariae conseruandam pater sit ad omnib: aestimatus. neq: enim oblitus euangelista qd ea de spiritu concepisse & virginem peperisse narrauerit. sed opinionem uulgi exprimens. quae uerba historiae lex est patrem ioseph nuncupat xpi. quatenus & eo modo pater illius ualeat dici. quo & uirginem mariae recte intellegitur sine commixtione carnis ipsa copulatione coniugii. multo uidelicet coniunctius quasi ex se & aliunde adoptatus. Neq: enim propterea non erit appellandus ioseph pater xpi. quia non eum concumbendo genuerit. quando quidem recte pater est & iam eius. quem non ex suo coniuge peperit. aliunde adoptasse.

Et dixit ad mariam matrem eius. ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in israel & in signum cui contradicetur.

Bene in resurrectionem. quia lumen est. quia gloria plebis israel. quia dicit. Ego sum resurrectio & uita. qui credit in me & iam si mortuus fuerit uiuet. Omnis qui uiuit & credit in me. non morietur in aeternum. Quomodo autem in ruinam. nisi quia & lapis offensionis est. & petra scandali. id est ruina his qui offendunt uerbo nec credunt. de quib: ipse dicit. si non uenissem & locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. qui non in se ipso tantum. sed in suis quoq: pdicantib: in ruinam positus est resurrectionem q: multorum testante apostolo quia xpi bonus odor sumus deo. in his qui salui fiunt & in his qui pereunt. Qui enim pdicante apostolo uerbum qd audit amando sequitur. bono odore resurgit. & saluatur. qui odiendo insequitur. eodem ipso bono odore corruit & moritur. signum autem cui contradicitur fidem dominicae crucis accipe. de qua apostolo paulo dicunt iudei. nam de secta hac notum est nobis